Quelle:
Copyright:

„Comentarium feci. putans reconditae rei simulacrum „sine interpretationis explicatione aliquanto obscurius „ipso caempto futurum. Causa vero in partes dividendi libri operis prolixitas fuit. Simul quia tanditu „videbatur esse si tanquam libamen aliquod ad degustandum auribus atque animo tuo mitterem. quod cum non „displicuisse rescriberetur. faceret audendi majora „fiducian".

Hoc satis clare erroris arguunt Aldinum, qui in Athenaeo Ligustico fol. 68. Augustinum Justinianum Chalcidii Comentaria in Timaeum latine interpretatum fuisse scribit.

Finita Epistola incipit Platonis Symous his verbis: "Unus, duo, tres" etc. et progreditur usque ad verba: "in eo squalore ac deformitate "que apparet." Mutilus ergo est codex noster; quae vero et quanta ei desint Comentaria, asserere nequeo, carens chalcidiana versionis editione. Integrum hocce opus chalcidii manuscriptum pluribus in Bibliothecis asservari, testatur Montfaucon in Biblioth. Bibliothecarum.

De Platone ejusque scriptis vid. Fabric. Bibl. Graec. lib. 3. c. 1. pag. 2 seqq.

De Chalcidio idem Fabric. fuse agit Bibl. lat. T. 2. p. 64. Consuli etiam possunt. Opera Platonis, in lingr. Marsilio Ficino, Lugd. 1588. Fol. pag. 456. Cave de script. Eccles. p. 123. Ger Vossius T. 3. de Idolol. p. 203. col 1. Mich. a. S. Jos. Bibl. Crit. T. 3. p. 480 seq.

Praestantissima denique hujus operis editio Cave audit, quae ao 1617. 8. Lugd. Batav. prodiit cum doctissimis Jo. Meursii notis, quae voluminis scilicet Operum Meursii (: Florent. 1745. Fol.) pag. 263. et seq. inserta sunt.